Sit omnibus notum quod nos Arnaldus de Segualars parrochie sancti Gregorii et eius uxor Bernarda recognoscentes vobis
Castilioni Roquerii clerico ecclesie sancti Felicis Gerunde procuratori monasterii sancti Danielis Gerunde in negociis tempora-
libus, quod venerabilis Bonanatus Alberti presbiter de capitulo ecclesie Gerundensis in quadam causa que inter nos ex una parte
et Bernardum de Pinu tunc procuratorem dicti monasterii vel quoscumque alios nomine dicti monasterii ex alia ver-
tebatur fuit sentencia lata contra nos, et quod in ea continetur quod simus privati baiulia quam pro dicto monasterio
tenebamus in parrochiis sancti Gregorii et de sancta Cecilia de Carcere et quibusdam aliis ad quas dicta baiulia
se extendebat. Gratis et ex certa sciencia nos et omnes nostri dictam sentenciam approbamus, laudamus, concedimus
et firmamus, et promittimus vobis quod nos eam semper gratam et firmam habebimus et non contravenire promittimus,
immo super officio predicte baiulie et iuribus eiusdem nobis imponimus silencium sempiternum iurantes per Deum et eius
sancta IIII evangelia corporaliter a nobis tacta contra predicta non venire aliqua racione. Actum est hoc XVII kalendas
octobris anno domini millesimo CCC undecimo. Sig+num Arnaldi de Segualars. Sig+num Bernarde eius uxoris pre-
dictorum qui hoc firmamus et laudamus. Testes huius rei sunt Raimundus de Casis et Franciscus de Fabrica Gerunde
et Berengarius de Segualars de sancto Gregorio.

Sig+num Raymundi Vitalis notarii publici subscriptoris auctoritate regia, qui loco Simonis de Coylano publici Gerunde notarii
hoc scribi fecit et clausit.

nº 510 [illegible] 15-9-1319

[illegible]

S. Gregori.

Aprobació fan Arnaldo y Bernarda Segualari conjuges de S. Gregori, de una sentenciá ab que foren privats del Bulliú de sach de dit S. Gregori y de Sta Cecilia de Cárcers, á favor de S. Daniel.

ACf 3484 Nro. 4 del plec tercer de S. Gregori.

T. 240 x 150

531